Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8200
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sustinuisti pannis fuisti inuolutus in p-
sepio positus uberibus lactatus carne cir-
cumcisus. magis manifestatus. in templo
presentatus. in egiptum relegatus. ad pa-
triam reuersus. parentibus subditus. a
Joanne baptizatus. quadragenarium ie-
iunium expertus. ter a diabolo tentatus
itineribus fatigatus. predicando lassus atque
compatiendo lachrimatus. a iudeis rep-
batus. ab eisdem sepius iniuriatus. In-
stante uero passione uoluisti contristari
et mestus esse. ut uerus homo pauere si-
mul et tedere. positis genibus ter in facie
procidere. factus in agonia guttas sangui-
nis emittere pro sudore. A Juda denique
fuisti traditus. et ab ipso fraudulenter oscu-